

INDEX.

A.

De Antinomijis.	nō.	1.
Anticaterogijis.	41.	
Accrescendi jure.	12.	
Arbitro Compromissario.	24.	
Adiutorum conceptione p̄ re.	26.	
Adiutor fam. eriscum.	27.	
Appellatione.	30.	

B.

De Bona fide.	10.	
---------------	-----	--

C.

De Coniugali impotentia.	4.	
Casu fornicato o lib. m̄t̄nat.	16.	
creditoris possessio ² pignor.	19.	
collegij officium.	22.	
conceptione aoum p̄ rem	26.	
Compromissario Arbitro.	24.	
crimine lese Majestatis.	34.	
canonica purgatione.	42.	
	43.	

D.

De Dominio.	nō.	7.
Defensore judiciali.	25.	
Delictis innominatis.	40.	
Dolo malo.	35.	

E.

De Emancipatione.	3.	
Emphyteusi.	18.	
Eriscunda famit. ad.	27.	
Executio Pecunia.	34.	

F.

De Falsis.	38.	39.
Fide bona.	10.	46.
Felonia.	46.	
Familia Erisc. ad.	27.	
Feudi oppignoratione.	20.	
Fornicatio casu o liber. m̄t̄.	16.	

no.
7.
25.
40.
35.
8.
27.
4.
39.
6.
7.
0.
16.

I.	
De Impotentia Coniugali.	no. 4.
inofficioso testamento.	11.
iure accrescenti.	12.
judicijs.	23.
judiciali defensore.	25.
interdictis.	28.
judicijs Possessorijs.	29.
incendio.	37.
innominatis delictis.	40.
interrogandis poenis lenit.	44.
investitura simultanea.	45.

L.	
De Lenitate in interrogandis poenis.	44.

M.	
De Manutentione.	30.
Misus in possessionem.	33.
in malo dolo.	35.
majestatis crimine.	34.
mulierum Privilegijs.	5.

N.	
De Novi operis nunciatioe.	13.

O.	
De Opificum collegijs.	no. 22.
oppignoratione fidei.	20.
operis novi nunciatioe.	13.

P.	
De Pecunia Executiois.	34.
Privilegijs.	2.
<u>mulierum.</u>	5.
Proprietate rerum.	6.
Prescriptionibus.	9.
Possessor credit. in pign.	19.
possessorijs judicijs.	29.
Possessionum mixtas.	33.
Purgatioe Can. & vulgar.	42.
Poenarum interrog. lenitat.	43.
	44.

R.	
De Rerum proprietate.	6.
Renunciationibus.	15. 14.
Realium actuum conceptioe.	26.



De ^{S.} Sequestro. no. 18.
Societate. 21.
soto Vellej. 31.
Simultanea investitur. 45.

De Titulo. T. 8.
Testamento inofficioso. 11.

De Vellej. soto. Et. 31.
Vulgaris purgatoe. 42.

Q. D. B. V.

Magnifici ac Amplissimi Jctorum Ordinis

Consensu & Autoritate

IN ILLUSTRIS AC ACADEMIA SALANA

PRÆSIDE

VIRO MAGNIFICO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO

atq; EXCELLENTISSIMO

DN. GEORG-ADAMO Struven/

Hereditario in Uhlstedt/

Jcto & Antecessore hujus Salanæ celeberrimo,

Consiliario Saxonico, Curia Provincialis & Scabinatus

Assessore, Facultatis Juridicæ Seniore gravissimo,

*Dn. Promotore, Doctore atque Patrono suo perpetuò honoris
cultu venerando, observando.*

Ejusdem

SYNTAGMATIS JURISPRUDEN-

TIÆ CIVILIS

EXERCITATIONEM X.

De

IN OFF. TESTAMENTO ET
HEREDITATIS PETITIONE,Unà cum annexâ *l. ult. ff. de Inj. rupt. & irrit. resolutione.*

P. P.

JOHANNES SIGISMUNDUS STÜZINGIUS.

Saxo-Hall.

In Auditorio Jctorum

Die 30 Decembr. M. DC. LXIII.

Typis JOHANNIS NISI.

Magnifici ac Amplissimi Honorum Ordinis

Consensu & Auctoritate

MAGISTRI ACADEMIAE SALANAE

PRÆSTARE

VIRI MAGNIFICO

NOBILISSIMO, HONORABILISSIMO, CONSULTISSIMO

AD HONORANDUM

DR. GEORG. ADAM. GUNTH

Herediano in Hiftoria

IO & Ancefforibus Salutaribus

Conditio dicitur, quæ in vniuersis

Artibus, quibus in vniuersis

Dei, quibus in vniuersis

EXACTISSIMO

STYLAC MATHIS, HILDEBRANDI

TIR. O. M. S.

EXACTISSIMO

ROTE. TEST. H. H. H.

HEREDITATIS REHTION

Quædam in vniuersis


IOHANNES STEINMANNUS, HILDEBRANDI

EXACTISSIMO

DEI, quibus in vniuersis

EXACTISSIMO





Q. D. B. V.

Explicatio

L. ult. ff. de Injust. Rupt. & Irrit.

Lucius Titius integrâ mente & valetudine testamentum fecit uti oportet. Postea cum in valetudinem adversam incidisset, mente captus tabulas easdem incidit: quæro, an heredes his tabulis instituti, adire possint hereditatem? Respondit secundum ea, quæ proponerentur, non ideò minus adiri posse.

Priusquam hujuscemodi rei initium expedio, de eo testamento, quod factum uti oportet, pauca repetam, quò omnia illustria magis, magisque in aperto sint.



Estamentum autem, ut ait Modestinus, nihil aliud est, quam voluntatis nostræ justa sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri vult. Sententia verò Aristotele teste, rectum est animi boni & moderati iudicium: rectum autem id est, quod est veri, h. e. integri hominis & constantis: in quibus omnibus & prudentiæ & justitiæ vis maxima cernitur:

Sanè si de voluntatis ipsius testatoris sententiâ, eaque justa, h. e. secundum regulas juris facta non liquidò appareat, iustum testamentum nullo modo dici potest aut debet. Sed ut volun-

tatis cujusque testatoris sententiã apertè constat, mentis non modò requiritur integritas, hoc est, sanum rectumque iudicium *l. 3. ff. qui test. fac. poss.* Sed in primis etiam prudens & diligens animi deliberatio: siquidem sententia non solum *νεῖσις* est, sed *ὀρθὴ νεῖσις*, i. e. recta animi iudicatio, in quã est diligens deliberatio & consultatio, cum quã temeritas & præcipitania non commiscetur, **Daß nemlich solcher letzter Wille gesundes Leibes und Verstandes/und mit wohlbedachten Muth/auch fleißiger guter Vorbetachtung geschehen sey/** quæ clausulæ ferè testamentis ità inseri solent: adeò, ut nec protestatio testatoris de suã vel imperitiã vel negligentia locum habeat, aut excusationem quandam præbeat: quia scilicet peritiores consulendi ei potestas fuerit *l. 2. §. ult. ff. quis ord. in bon. poss. serv. l. 10. de bon. poss.* Ex quo est *Scævola* illud responsum inutilem eiusmodi protestationem pronunciantis in *l. pen. §. fin. ff. de leg. 2. in his verbis: L. Titius hoc meum testamentum scripsi sine ullo facto, rationem animi mei potius secutus, quam nimiam & miseram diligentiam: & ideò si minus aliquid legitime, aut peritè fecero, pro jure legitimo haberi debet hominis sani voluntas.* Deinde ut valeat testamentum, libertas quoque requiritur, i. e. libera non modò voluntas, sed & facultas, eaque tam naturalis, quàm civilis testamenti condendi. Quandoquidem testamentum non alienæ sed nostræ voluntatis est sententia. *l. 32. ff. de Reb. dub. l. 52. ff. de Condit. & Demonstr.* à quã sola pendet testamenti factio, & à quã omnem vim substantiamque suam capit *l. 32. ff. de hered. instit.* De voluntate verò, ejusque libertate an ea vel naturã vel lege vel denique factò aliquo hominis impediatur, operæ pretium fuerit diligenter expendere. *Natura* quidem impeditur voluntas ob defectum vel animi, ut in pupillis vel impuberibus *l. 5. l. 19. ff. qui test. fac. poss. l. 1. §. 8. ff. de bon. poss. sec. tab. l. 2. C. quando prov. non est necess.* Perinde ut & in furiosis ac mente capitis *§. 3. Inst. de Curat. §. 1. Inst. quib. non est permiff. fac. test. l. 17. ff. eod.* (Cui etiam adjungimus ebrios, quia eadem ratio impuberis furiosi & ebrü) quippè qui non omninò sunt suæ potestatis aut voluntatis: non solum ob id, quia sub tutelã vel curã sunt aliorum,
sine

sine quorum autoritate iis facere nihil licet, ac ne tutore quidem auctore testari: verum etiam quia nec velle nec consentire ullo modo possunt §. 1. *Inst. quib. non est permisc. fac. testam. l. 12. ad L. Cornel. de Sicar.* nullumque eorum animi iudicium est, l. 1. ff. *de minor. l. 48. ff. de fidej.* & ob hoc mentis aut voluntatis, quâ carent, testationem facere non posse censentur l. 9. *C. qui test. fac. poss. l. 2. ff. de inoff. testam. Vel corporis:* ut in surdò, qui omninò non exaudire §. 3. *Inst. quib. non est permis. & muto, qui planè nihil eloqui potest l. 10. C. qui testam. fac. poss. item in cæco, qui tamen observatis solennitatibus rectè testatur l. 8. C. d. t.* Ratio hujus reperitur in l. 2. ff. l. 3. pr. l. 15. *C. qui test. fac. poss. Vid. Magnus Dn. Struv. in Syntagm. Jur. Civ. Exercit. 32. tb. 6. Lege prohibentur I. Ob statum, ut Servi. l. 12. 13. 16. ff. qui test. fac. poss. ab hostibus capti, obsides l. 11. d. t. Monachi. auth. ingressi. C. de SS. Eccles. Filiifam. pr. Inst. quib. non est permis. II. Ob vitium; ut Prodigii §. 2. Inst. d. t. l. 18. ff. eod. l. 40. ff. de R. 7. III. Ob crimen: ut carminis famosi damnati l. 18. §. 1. ff. qui test. fac. apostatæ l. 2. 3. 4. C. de apostat. Incestis nuptiis se polluentes l. 6. §. auth. incestas. C. de Nupt. incest. Usurarii manifesti c. 2. in fin. de usur. in 6. Deportati l. 8. §. 1. §. 2. ff. qui test. fac. Banniti. Gail. de P. P. l. 2. c. 12. n. 5. Rei capitaliter damnati l. 6. §. 6. ff. de Inj. Rupt. Usu tamen hodierno testamenta condere possunt. Dn. Carpzov. in prax. Crimin. part. 3. Constit. 6. Defin. 1. num. 8. Facto vero aliquo hominis libertas voluntatis s. arbitrii impeditur, quando vel vi aut metu cogitur quis testari, aut saltem in alienum arbitrium voluntas ejus confertur; quo ipso vel maximè impeditur libertas voluntatis illius, cujus justa sententia testamentum esse dicitur. Quoniam testamentorum jura ipsa per se firma esse oportet, neque ex alieno pendere arbitrio l. 32. l. 70. ff. de hered. inst. l. 52. in fin. ff. de Cond. & Demonstr. l. 64. ff. de leg. 1. adeò, ut quamvis in tertii voluntate facti conditio aliqua poni queat, non tamen mera conditio voluntatis poni debeat. l. 68. ff. de hered. inst. Quanquam verò persuasionem & blanditia verborum ad institutionem permoveri testatorem non criminofum, sed legibus permiffum est l. ult. ff. l. ult. C. si quis aliq. testar. prohib.*

lib. l. 70. ff. de hered. instir. aliud tamen est in eo, sub cuius tutela & custodia est is, qui testari vult, præsertim durante infirmitate, maximè verò si machinatio aliqua violenta aut fraudulenta suggestio facefferit, v. gr. quando fraude ac dolo tutoris dispositio aliqua facta intelligatur *Dd. in l. 1. §. 3. ff. de Serv. Corrupt. Dec. Conf. 489. n. 2. & 9. Socin. Jun. Conf. 32. num. 5. lib. 4.* Porro non sufficit testamentum esse voluntatis nostræ sententiam, de eo, quod post mortem fieri volumus: sed omninò etiam requiritur, ut iusta, i. e. solennis & legitimâ sit sententia h. e. secundum leges testamentarias solenniter ordinata, alioquin nec Jure Civili perfecta sententia, cujusmodi testamentum esse debet, futura est §. 3. *Inst. de Testam. ordin. l. 1. ff. de her. pet.* Quoniam enim testamenti factio & forma est Juris Civilis, & quidem J. Publ. non privati *l. 3. ff. qui testam. fac. poss.* idcirco non ut quisquis velit, testamentum facere licet: neque privato cujusque arbitrio, neque nuda voluntate constituitur testamentum *l. 11. §. ult. ff. de bon. poss. sec. tab. l. 55. ff. de leg. 1. l. 5. §. 7. ff. de adm. & peric. tut. l. 15. §. 1. ff. ad L. Falcid. l. 13. C. de Testam.* Sed ita demum justum testamentum esse dicitur, cum & ab eo factum, cui lege publicè permissum est, & eo modo conditum, quem Jus Civ. præscripsit, cæteroqui verò nullum testamentum nisi solenne ac perfectum, multoque etiam minus, si contra legum præcepta & juris regulas factum sit, propriè ac verè testamentum dicitur: sed per abusionem tantum *l. 2. §. 1. ff. testam. quemadm. aper.* usque adeò, ut si justum aut perfectum testamentum non sit, quia jure factum non est, ne Imperator quidem sibi ex eo legatum, aut fideicommissum aliquod vindicare queat *l. 3. C. de Testam. l. 23. ff. de legat. 3. l. 29. ff. qui test. fac. poss.* Neque enim tam ex cujusque intentione aut opinione simplice, quàm ex regulis juris testamenti perfectio æstimanda est *l. 4. ff. qui test. fac. poss. Dd. in l. 55. ff. de leg. 1.* Hæc autem sententia voluntatis s. suprema hæc testatio in id debet fieri, ut quem volumus post mortem habeamus heredem, siquidem nulla viventis est hereditas *l. 2. §. 2. ff. de vulgari & pup. subst. l. 24. de V. Sign. l. 62. ff. de R. J.* Hinc in *l. 4. ff. de adim. leg.* dicitur, *ambulatoriam & revocabilem esse testatoris voluntatem*
usque

usque ad mortem. Quod in tantum verum est, ut nemo sibi possit legem dicere, ut à priore voluntate non recedat *l. 22. ff. de leg. 3.* Novissima enim voluntas servatur *l. 6. in fin. ff. de adim. leg.* Sed ex solennibus quidem testamenti sive per scripturam sive per nuncupationem conditi, septem testium idoneorum, specialiter ad hoc rogatorum, & simul ac semel vocatorum opus est præsentia, quorum solennitas non tam ob probationem, quam constitutionem ipsius testamenti adhibetur; quippe in quâ forma ipsius testamenti consistit, quæ rei dat substantiam. Testamentum enim à testatione dictum est *princ. Inst. de Test. ordin.* quia non est simplex aliqua enunciatio aut demonstratio: sed testatio, hoc est, coram testibus solenniter convocatis & rogatis facta ultimæ voluntatis declaratio *§. pen. Instit. de test. ord.* Testari enim est, testatò scilicet testibus adhibitis aliquid facere *l. 22. ff. de Testib. l. 9. §. 1. ff. de Pæn.* Quo fit, ut solennitate illâ testium, ceu formâ substantiali deficiente, ipsum quoque deficiat testamentum, secundum vulgatam regulam, quâ dicitur: Formâ deficiente actum quoque deficere ipsum *l. 2. C. quando prov. non est necess.* Cujus rei consequens est, testamentum sine testibus certo numero, certâque lege & conditione adhibitis conditum, ipso Jure nullum, ac imò potius non esse, aut dici posse testamentum; quoniam ubi lex certam aliquam formam & solennitatem in actu aliquo desiderat, si aliter postea fiat, nihil valet id, quod actum est, *argt. l. 12. l. 21. §. 1. C. de Testam.* usque adeò, ut ex ejuscemodi testamento sine testibus condito nulla oriatur obligatio, ne quidem naturalis. *sec. Jason. in l. 23. C. de fideicom.* perinde, ut & ex contractu, si forma substantialis deficiat, nulla oritur obligatio *argt. l. 1. §. 2. ff. de V. Obl.* Sed hos quidem testes omnes rogatos esse oportet, & quidem adesse rogatos, præmonitosque de causâ, ad quam adhiberi debent, nempe ut testamenti factiõni rogantis intersint. Neque enim sufficit eos casu confluisse, aut alterius rei causâ convenisse, *auth. rogati C. de Testib. l. 21. pr. C. de Testam.* Quin imò alterius rei causâ rogatos ad testimonium idoneos non esse placuit *Sabino in l. 21. §. pen. ibique Gloss. ff. qui test. fac. poss.* Multoque minus idonei testes sunt,

sunt, si ad aliam rem rogati, aut subito collecti non prius certio-
rentur se ad testamentum esse adhibendos: aut etiam si in-
viti ibi detineantur, quo ipso statim vitiatur testamentum *l. 20.*
§. fin. qui test. fac. poss. Plane enim rogatos, & simpliciter ad
hoc requisitos testes esse oportet, eosque consensisse; Rogan-
tur autem qui interrogantur & consentiunt: & quidem inter-
rogantur à testatore aut notario, aut alio quolibet, sed ita ju-
bente & volente ipso testatore *l. 13. §. 1. ff. de publ. in rem actio-
ne.* Deinde inter solennia testamenti, quod justum & perfe-
ctum esse debet, refertur quoque ipsa testatio h. e. heredis in-
stitutio, aut nuncupatio, ut sc. testator, siquidem in scriptis te-
stamentum fit, nomen heredis suâ vel alterius manu exprimat:
Si verò per nuncupationem; voce suâ palàm nuncupet here-
dem, & totam voluntatem de institutione heredis, & legatis
cæterisque testamenti partibus ità declaret, ut exaudiri possit
à septem testibus, & iis, ad quos lex eam rem pertinere voluit
l. 21. ff. qui test. fac. poss. Hinc consequens est non valere ipso
Jure testamentum nuncupatis singulis à testatore, sed tantum-
modo à Notario in præsentia testium lectis, ac deinde simpli-
citer ab ipso testatore approbatis. Nam talis suggesta scri-
ptura meritò suspecta est, & fidem non meretur. *arg. l. 11. §. 1. &*
ibi Gloss. & Bart. ff. de leg. 3. Prætereà solenne quoque testa-
menti tam nuncupativi quàm scripti præcipuum est illud, ut
uno contextu temporis fiat, testibus sc. simul uno eodemque
tempore collectis, nullo alieno actu, qui ad testamentum non
pertineat, interposito, *l. 21. §. ult. ff. de test. fac. poss.* Quanquam
ergò in testamento nuncupativo singulare hoc sit, ut postea u-
no die scribi, & altero testibus offerri, & ab hic signari queat:
cum in scriptis testamentum simpliciter uno contextu, i. e. uno
eodemque tempore testibus simul collectis absolvi debeat, *Dd.*
in d. §. ult. Sicut hoc moribus passim receptum esse videmus,
ut non semper à testatore, sed plerumque à notario vel tabel-
lione testamentum scribatur, aut saltem prius nuncupatum in
scripturam postea redigatur: in eo tamen utraque hæc cautio
adhibenda est, ut non modò à notario in conspectu testatoris
scribatur testamentum, quo fraudis & falsitatis evitetur suspi-
cio

cio, ne dolosè in tam necessariâ causâ versari videatur. *Socinus Conf. 20. & Conf. 28.* Verùm in primis etiam, ut in scripturam redactum testamentum, & ex ore testatoris dictantis exceptum, sive à notario, s. ab alio quolibet iterum postea relegatur coram testatore & testibus *l. 29. ff. de Test.* Idque ob eam causam potissimum, ut non modò constantia & perseverantia voluntatis quasi ex geminatione actus illius, quæ enixam voluntatem & seriam intentionem ostendit, in testatore appareat, quem melius ità & rectius simul deliberasse posse, ut sibi suisque heredibus testamentum hoc modo conditum expediat, non est dubium; sed & ut eodem pacto fraus & falsitas scriptoris vel tabellionis evitetur, & fides instrumenti certior atque plenior appareat. Nam & aliàs contractus in scriptis celebratus ità demum valet, si instrumentum super eo conscriptum omni ex parte confectum & à contrahentibus relectum sit. *per Gloss. in pr. verb. absoluta Inst. de emt. & vend.* Unde & in testamento scripto à Notario apponi debet illa clausula: Testamentum illud lectum ac publicatum esse: quæ clausula rem omninò perfectam denotat. *Bald. in autb. quod sine C. de Testam.* Quod usque adeò procedit, ut licet schedula testamenti postea reperiatur in libro notarii, attamen nisi lectum denuò fuisse testamentum constet, non modò non jure testamenti, sed ne quidem jure codicilli aut fideicommissi valeat: ac ne tunc quidem à notario amplius publicari queat, *per text. in l. 11. §. 1. & ibi Gloss. & Bart. ff. de leg. 3.* Denique quoque requiritur Subscriptio & Subsignatio testatoris & testium, quæ necessaria est in eo testamento, quod in scriptis fit, ut non modò fraudis suspicio omnis removeatur, verùm etiam falsis probationum modis occurratur; Secus verò est in testamento Nuncupativo, in quo subscriptione [aut subsignatione testatoris vel testium opus non est, non solùm ob id, quia sine scripturâ fit, sed etiam quia in eo omnis cessat falsitatis & fraudis suspicio, cujus causa subscriptiones [et signacula adhiberi præcipuè solent. *c. 1. §. postquam x. de censibus* Nam etsi in scripturam, ut fieri solet, à notario postea redigatur, non immeritò huic, tanquam publico instrumento, fides adhibetur, sufficitque in eo tunc, mor-

B

tuo

tuo jam testatore solius Notarii subscriptio aut subsignatio *sec. Gloss. in d. l. 21. pr. ibique Bart. n. 3. ff. qui test. fac. poss.* Quod si tamen aliquem testium ejusmodi testamento per nuncupationem facto postea subscribere contingat: sanè tunc defunctus omninò in scriptis testari voluisse censetur: usque adeò, ut tunc quasi imperfectum testamentum non valeat, sed propter superfluam solennitatem fiat irritum *arg. l. 12. C. de Testam.* sic nim. cum non uno aliquo, sed quam plurimis vitiis visibilibus quoad solennia juris testamentum hoc præensum laborare manifestum sit, meritò injustum & nullius momenti habetur. Certi enim juris est, quod si ad actum copulativè requirantur plura solennia, uno deficiente, omnia ex integro agi oporteat, adeoque ommissio formæ in qualibet vel minimâ parte totum actum vitiare soleat *l. 7. ff. de in integr. restit. Everhard. in Top. legal. in loco à defectu forma.* Postremò corollarii loco addendum est illud in testamentis & ultimis voluntatibus, æquè ut in aliis contractibus & negotiis, summam æquitatis rationem habendam esse: quoniam testamentum est cujusque voluntatis justa sententia. Sententia autem, ut Aristoteles loquitur, est *ὀρθὴ κρίσις & ἀπεικὴς καὶ ἀληθὴς*, i. e. rectum judicium æqui & boni verique amantis, adeoque ipsa velut iudex est eorum, in quibus bonum & æquum versatur. Semper igitur in testamento æquitatis studium dominari debet, ut movet *Leò Imperat. l. 17. C. de Collat.* quippe à quò omnis abesse debet iniquitatis suspicio, quæ plerumque cum fraude & dolo conjuncta est. Neque enim sensum testatoris iniquum sequi oportet *l. 63. §. 10. ff. ad SCtum Trebell.* Et licet subtilitas juris quandoque refragari videatur, attamen voluntas testatoris ex bono & æquo tuenda est *l. 17. ff. de injusto rupto.* Quæ quidem æquitas in eo præcipuè versatur, ne vel odio cujusque, aut invidia vel etiam cupiditate aliqua, aut quâvis alia animi perturbatione à testatore aliquid committatur in condendo testamento, quod iniquum sit, aut iniquitatis saltem speciem aliquam præ se ferat. Quo fit, ut jure improbentur ejusmodi testamenta, in quibus parentes sine causâ liberos suos vel exheredant vel prætereunt, adeò, ut de inofficioso querela his
com-

commetat, quasi non ex officio pietatis factum sit ejusmodi testamentum per *Inst. de inoff. Testam.* cum naturalis pietatis officium hoc suadeat, ut pater consilium capiat pro liberis utile ac salutare: iisque omnia bona sua ex voto acquirat *l. 15. pr. ff. de inoff. Test. l. 7. ff. unde liberi l. 26. §. 1. ff. si quis omis. causa l. 50. §. 2. inf. de bon. libert. l. 36. §. 2. C. de inoff. l. 13. §. 2. C. de legit. hered. & Cajus l. 4. ff. de inoff. Test.* Non est, inquit, consentiendum parentibus qui injuriam adversus liberos suos testamento inducunt, quod plerumque faciunt, malignè circa sanguinem suum inferentes judicium, novercalibus delinimentis castigationibusque corrupti; Cum enim pater thesaurizare debeat liberis suis, ideoque filius *l. Naturali patris sui bona capiat l. 7. ff. de bon. damnat.* Sic & æquitatis ratio flagitat, ut ab aliis quoque in testamento suæ potius, quam alienæ familiæ ratio habeatur, maximè verò eorum qui proximi heredes sunt veluti fratrum aut agnatorum, cœugentis & familiæ consortium, quibus & ipsis tam lege quàm naturâ debetur hereditas *l. 54. §. 1. ff. ad Sctum Trebell.* Multum enim valet, & meritò valere debet communio sanguinis, & gentis familiæque conjunctio, multoque major erga agnatos & cognatos, quàm extraneos præsumitur affectio *l. 32. §. 6. l. 77. §. 20. ff. de leg. 2.* adeò, ut in dubiis plerumque sumatur conjectura & interpretatio quædam latior pro favore agnationis & familiæ *l. 28. §. 3. ibi. propter naturalem affectum ff. de liberat. legat.*

Jam de ejusmodi testamento, quod factum h. m. uti oportet, i. e. in quo omnes solennitates debitæ, & à legibus requisitæ, sunt adhibitæ nostra *l. ult. in pr. loquitur.* Casus verò ex hâc lege vel talis esse potest.

Sempronius integrâ mente & valetudine testamentum fecit in scriptis, in eoque filium suum *Mevium* certis de causis exheredavit, institutis aliis personis extraneis nimirum *Cajo & Sejo* fratribus, adhibitisque omnibus solennitatibus ad hoc à lege requisitis. Postmodum verò *Sempronius* ex improvise gravi morbo oppressus & mente captus tabulas easdem, durante adhuc furore incidit, & consequenter ita testamentum irritum factum videtur: Quæritur itaque an *Cajus & Sejus* fra-

tres testamentolanteà legitimè condito instituti, hereditatem nihilominus incisis tabulis adire possint, nec ne? Et sane nobis videtur quod non: quia testator incisis tabulis contrariam priori testamento voluntatem declaravit, & sic mutatâ voluntate præsumitur iterum testator consentisse in eum heredem, ad quem lex eam rem aliàs pertinere voluit, sicque testamentum anteà factum irritum fieri voluit; Jam verò nihil est, quod magis hominibus debeatur, quàm ut licitum sit, postquam jam aliud velle non habent, quodque iterum non redit, arbitrium *l. 1. C. de SS. Eccles.* & disponat unusquisque super suis, ut dignum est, sitque lex ejus voluntas. *Nov. 22. c. 2. in pr.* Quid quod etiam incisis tabulis ipsum videatur testamenti deficere instrumentum: Jam testamentū inscriptis celebratū utique pro perfecto non habetur, nisi etiam super eo instrumentum erigatur, quo probetur, hanc testatoris voluntatem fuisse, incisis autem tabulis deficit ipsum instrumentum, deficiente instrumento aliqua solennitas in testamenti factione debita deesse videtur, deficiente autem solennitate à lege requisita actus ipso jure non subsistit. Insuper clara & certissima juris est sententia, quod fatuus etiam possit testari. *Fab. angel. in §. prætereà inst. quibus non est permis. Alexand. in l. 4. C. qui test. Jac. p.* Si itaque fatuus testamentis conficiendis idoneus est, cur non & de mente capto idem erit dicendum, cum in utroque una eademque militet ratio, vid. quod neuter horum rectum adhibere iudicium, rectaque uti ratione possit. Verùm his non obstantibus, dicendum est, quod testamentum factum tempore sanæ mentis constante furore revocari non possit, cum in furioso nulla sit voluntas, nullus consensus *l. 1. in f. C. de Fals. monet*: Nec enim obstat, quod jam de fatuo dictum est, comparatio enim inter fatuum & mente captum non procedit, cum dispar omninò inter eos sit ratio. Ita enim *dist. Dd.* ut dicant quosdam omni omninò sensu & intellectu perpetuò carere, ut sunt perpetuò furiosi & mente capti, qui ab omni ratione humana deseruntur: quosdam mente quidem & intellectu omni interdum carere, sed habere dilucida intervalla, ut sunt furiosi dilucida intervalla habentes: quosdam non omni

mi

mni mente carere, sed eam non integram habere: & sic esse grossi, simplicis, hebetioris atque stupidi ingenii: ita ut neque communi modo prudentes, neque omninò mente capti sint, sed medium quodammodo locum obtineant, hos fatuos appellant, & maximo consensu testamentis conficiendis idoneos esse testantur. Textus autem *legis nostræ* accipiendus est de tali homine, qui mente captus, & ab omni ratione desertus est, huic omnis denegatur testamenti factio. Nec pugnat h. modo allegata antea *l. 1. C. de S. S. Escl.* quæ sanè lex sanam in mortis agone præsupponit mentem, & voluntatem de rebus rectè judicantem, quorum neutrum in mente capto reperitur. Eiusmodi enim morbidus similis planè mortuo est, quippè qui omni sensu & intellectu caret *l. 29. C. de Testam.* Secus verò si morti quidem proximus sit testator, mente tamen adhuc integrâ & bonâ præditus memoriâ: ut eo casu, quamvis in extremis laboret, & seminecis lingua balbutiat, non impediatur condere testamentum *d. l. 29. l. 15, ibi quæ forte seminecis & balbutientis lingua profundit, C. de Testam.* Nec nostræ sententiæ illud videtur contradicere, quod vid. incisis rabulis ipsum testamenti deficiat instrumentum. Resp. enim, quod deficiente instrumento ad testes nobis sit recurrendum, ut puta, testator voluntatem suam in præsentia 7. testium plenissimè declaravit, relectioque scripturæ præsentibus testibus facta est, ut ei nihil addere tunc cum sanæ mentis erat, proposuerit, & ita ad finem deduxit, post superveniente furore vel incisum illud instrumentum, vel ex incuriâ aliò ablatum est, nihilominus tamen heredes scripti ex hoc testamento hereditatem adire possunt, cum sufficiat testes adhuc actum requisiti & adhibitos ex certâ scientiâ, id ipsum confirmare. Etenim suprâ dictum est, scripturam notarij non ad firmitatem & substantiam actus, sed ad perpetuam rei memoriam, facilioremque actus probationem pertinere, *l. 4. ff. de Pignor.* siquidem facilè fieri potest testes mortalitate præveniri *§. 7. ibi mortalitate præventus Inst. quib. mod. test. infirm.* Namque fiunt de his scripturæ, ut quod actum est per eas facilius probari possit, & sine his autem valet, quod actum est, si habeat probationem *l. 4. ff. de Pignor. l. 4. ff. de Fide Instrum.*

Corollarii loco

Q. 1.

An clausula codicillaris testamento adjecta excludat exheredationem? Neg. per §. 2. *Inst. de Codicillis*

Q. 2.

An sola filii pœnitentia exheredationem excludat? Neg. per l. 65. ff. de Furt. l. 1. in f. ff. ad L. Pomp. de paric. l. 8. C. ad L. Corn. de Fals. l. 3. pr. ad L. Corn. de Sic.

Q. 3.

An legitima ascendentibus ex jure naturæ debeatur? Aff. in Nov. 1. pref. §. 2.

Q. 4.

An hereditas repræsentet personam defuncti, an verò heredis? Prius Aff. per §. 2. *Inst. de hered. Inst. l. 34. ff. de acquir.*

Q. 5.

An petitio hereditatis sit bonæ fidei, an verò stricti juris? Resp. Bonæ fidei per §. 28. *Inst. de act. l. ult. C. de pet. hered.*

Q. 6.

An fœmina possit alicui feudum concedere. Aff. per expres. text. in c. 1. §. fœmina per quos fiat invest. 2. feud. 3.

Q. 7.

Q. 7.

An thesaurus inventus tanquam accessio fortuita, ad vasallum spectet? Ad quam quaestionem cum Jur. Civ. quod reperitur in §. 40. *Inst. de R. Div. Resp. Dist.*

Q. 8.

Num Rex Bohemiae sit status Imperii habens sessionem & votum in Comitibus? Negamus cum D. Limn.

Q. 9.

Quo respectu Elector Palatinus Imperatoris dicatur iudex an quatenus Imp. est, an verò quatenus Principum dignitate est praeditus? Antecedens affirmatur.

Q. 10.

Utrum sola Electio faciat, ut electus Imperator omnibus aliis Regibus praeferatur? an verò expectanda sit coronatio, seu Papalis confirmatio? Antecedens affirm.

Q. 11.

Num Imperator sit major Imperio? Neg.

Q. 12.

Num in civitate imperiali Senatus possit mutare religionem? Resp. disting.

Q. 13.

An Ganerbinatus castrum à condomino pro parte sua in extraneum alienari queat? R. cum Dist.

τῶ Θεῷ καὶ λόγῳ δόξα!

PRæclaras laudes, & præmia digna reportat,
Cui placet adsiduis invigilare libris:
Qui postquam studiis docta est instructa supellex,
In Themidos scandit pulpita docta chorò.
Hæc *TIBI* laus propria est, Themidos doctissimè Cultor:
Conveniunt studiis omnia ritè tuis.

sic Commensali amicissimo gratulab. adc.

Caspar Posner Prof. Publ. ordin.

Ad Per-Eximium ac Nobiliss. DN. RESPONDENTEM, fau-
torem atq; Amicum suum plurimum honorandum:

PRæclaras PATRIS Virtutes fortiter auge:
Hinc, edens specimen doctum, dum differis aptè
De Testamentis, Testis potes ipsemet esse,
Gratulor hos ausus! Succedent præmia digna.

id quod vover

M. Joh. Gottfr. Olearius.

Was Recht/das noch zuletzt den sterbenden gewehret/
Wenn/was nicht erdisch ist/ zu seinem Ursprung lehret/
Und was das Glück gibe/ nun einen Wechsel suche/
Ist/was/ Geehrter Freund/mit höchstgewünschter Frucht
Sein hoher Geist versteht. Kan ein so wichtig Wesen
Uns zeigen erstemals/ was er mit Fleiß gelesen/
Was ist/ das künstlich uns von Ihm zu hoffen steht?
Diß wodurch Ulpian hoch in den Wolken geht.

Seinem werthen Freunde und Tischmitgenossen
fertigte dieses mit glückwünschender Feder
aus.

**M. Caspar Witzel, von Königs-
berg aus Preussen.**

F I N I S.


Desiderant. ex J. Schell. v. g.

1. De Nuntio, D. Lauterbach. Tübinge. 1660.

2. De jure Recompensationis in Civitate Magdeburgensi

J. Dreyer. Jene. D. W. 60.

3. De Pasquillii. Ror. Korbung. Freyland. A. Cortes.



00 A 6330





ULB Halle 3
 002 841 843

W 17

Rehov







Q. D. B. V.
Magnifici ac Amplissimi Jctorum Ordinis
Consensu & Autoritate
IN ILLUSTRACADEMIA SALANA
PRÆSIDE
VIRO MAGNIFICÒ
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
atq; EXCELLENTISSIMO
DN. GEORG-ADAMO Struven/
Hereditario in Uhlstedt/
Jcto & Antecessore hujus Salanæ celeberrimo,
Consiliario Saxonico, Curia Provincialis & Scabinatus
Assessore, Facultatis Juridicæ Seniore gravissimo,
*Dn. Promotore, Doctore atque Patrono suo perpetuò honoris
cultu venerando, observando.*
Ejusdem
**SYNTAGMATIS JURISPRUDEN-
TIÆ CIVILIS
EXERCITATIONEM X.**
De
**INOFF. TESTAMENTO ET
HEREDITATIS PETITIONE,**
Unà cum annexâ l. ult. ff. de Inj. rupt. & irrit. resolutione.
P. P.
JOHANNES SIGISMUNDUS STÜZINGIUS,
Saxo-Hall.
In Auditorio Jctorum
Die 30 Decembr. M. DC. LXIII.
Typis JOHANNIS NISI.

